Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8491
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

De impetigine et serpigine etc.

Si uero fiunt a sanguine fiet
color ipsarum rubeus vehementer cum
humiditate manante. Dicuntur preterea
huiusmodi pustule quia in cutis
superficie omnino quia uero id uel sub
cute comprehense sunt etiam quia cum
bothor minutissimis quia uero di-
latate sunt etiam quia cum ardo-
re vincente pruritum que propter diver-
sificant eorum nomina. **Me-
thodus.** Cura ipsorum omnis
est cum fiunt tenera facilia.
Ut statim a principio locus circum-
quaque ventosetur atque scarificetur
profundatum et sanguis ex vulneri-
bus cum digitis exprimatur ita
ut nichil ipsius remaneat subtus
te et ad id confert non modicum
antecessio balnei quia cutim mol-
lificat et manum conveniat. Post
id uero si quid fuerit visum re-
mansisse cum fricacionibus
ex pannis vesicantibus extirpetur
dictis capitulo de furfuribus quibus
succedat illico fricatio lenis
dicta idem donec exalta-
tionibus huiusmodi perfecte locus se-
ruetur. Et si fiunt fortes an-
tique difficiles primo materia di-
geratur. Omnis et purgetur ve-
nam supra sicut capitulo de scabie se-
cundum et pruritum quibus succedat
sepius localia superdicta. **Em-
perica.** Omnes iste passiones
de facili curantur sed primo sca-
rificacione et balneo iam dicto
locus perfecte frequenter ex vn-

guento albo usitato liniatur. Vel
si presto non sit aliud ex adipe
galline vel anseris vel anatis
vel ex mucillagine seminis lini et se-
minis malvarum et loco scarificacionis
ponantur quia sanguisugas super
locum et semper si materia sit profun-
data. Omnis etc. et in vnguen-
torum tamquam ex oleo rosarum vel
ex albumine ovorum conquassatis cum
aqua rosarum vel aceto vel succo sco-
lopendrie vel acetose ne fortassis per
ambulationem dilatetur. Et confert
ad illud non modicum cortis hu-
mectatio ex aliis liquidis vrgen-
tibus ad frigiditatem vel sunt in
ra carnium agnorum et edorum
elixa cum lactuca vel cum vel
seminibus ipsorum. Omnis etc. et ex
potibus aque frigide Vel vini de-
bilis aquosi et abstinentia a
rebus acutis omnino Ut sunt
allea et sinapis et piper et cibi
vehementer salsi Et vinum vetus
amarum. Omnis etc. et ex balneis
assiduis aque dulcis clare Et
ex rebus sublimibus et oleum
de vitellis ovorum et oleum de
iunipero et oleum de fraxino que
supra sicut capitulo de lepra et semper
post cura generalem Capitulum x.
De lentiginibus et panno.

Differunt facie-
i iste passiones in dis-
positione seu forma
Omnium qui eadem est
ipsarum cura et cura sub uno